



Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

Henricvs IV. Dux Lotharingiae, cognomento simplex, nondum saeculum
noscens, ad militiam monasticam secessit. Cap. LXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

fratres erant S. Ludouicus Rex, qui in se-
cundo contra Sarracenos bello peste defun-
ctus est; & Carolus Comes Andium, primus
e Francorum stirpe à Clemente I v. Siciliæ &
Neapolis Rex creatus, propter tyrannidem
Marfredi nothi filij Frederici Imperatoris,
quem in pugna occidit.

De sacra militia HENRICI III. qui cognominatur pacificus.

C A P. L X I .

VI. Lotha-
ringie &
Brabantie
Dux.

Pro terra
sancta Cruce
signatur.

HENRICVS III. inquit Petrus de Thu-
no, inter Principes sui temporis sanguini-
nis nobilitate præclarus, qui suæ nobilitatis
lineam moribus atque virtutibus clariorem
effecit, ad subsidium terræ sanctæ Crucis si-
gnatus, antequam proficeretur morte
præuentus, in iuuentute florida & in bona
confessione Louanij obiit, anno CIO. CC. LX.
prid. Kalend. Martij.

HENRICVS IV. Dux Lotharingiae, cognomento simplex, nondum sæculum noscens, ad militiam monasticam secessit.

C A P. L X I I .

VII. Lo-
tharingie &
Brabantie
Dux.

HENRICVS III. heredem reliquit Hen-
ricum III. puerum nouem annorum:
qui postquam sub tutoribus V III. annis Du-
cem egisset, membris debilis, & sensu defi-
ciens, fratri suo Ioanni Ducatum resignauit,
primùm in Cortenberge, & deinde Came-
raci

raci coram Richardo Imperatore sæculo ab-renuncians, monachalem habitum Duione in Burgundia assumisit.

De sacra militia IOANNIS I. contra Woringam, & contra Petrum Regem Arragonum.

C A P. L X I I I.

JOANNE ^{VIIII. L.} primus benignè annuens pre-cibus Comitis Montensis, Walrami Co-
mitis Iuliacensis, & ciuium Coloniensium, ^{tharingie &}
^{Brabantie} D^{xx.} obsedit Woringam, pessimum Diaboli ni-dum: è quo negotiatoribus & peregrinis à
prædonibus, qui illic morabatur, multo tem-pore plurima illata fuerant damna. Archi-episcopus Coloniensis, sub quo locus erat con-stitutus, anno C I O. C C. L X X X V I I I. die v. Iu-nij cum horrendo exercitu, qui contra Paga-nismum videbatur sufficere posse, aderat:
attulerant etiam compedes, manicas, & fu-nes, quibus Brabantinos captiuos vincirent.
Dux verò, tametsi decuplo plures essent ho-stes, obuiam tamen eis in aciem processit,
cùm acerrimè vtrimeque pugnatum fuit. Vbi
& Dux ipse, quasi unus de Machabæis, supra
modum strenuè sese fortiterque gessit, ac
post diuturniorem conflictum victor euasit,
captis Archiepiscopo Siuerto, Comite Gel-driæ, Dñ. de Valkenborch, Comite Mur-sensi, Comite de Nassau, qui postmodum
Imperator fuit, multisque alijs nobilibus &
militibus. Ex parte Ducis pauci corruerunt,
quorum præcipui fuere Waltherus Berthouts

G 4

Domi-